

Citacus.

lectos, & contra. Quos autem subditos amore non prosequantur Prælati, quoniam pactos regere ac gubernare rectè poterunt: cum amor sit, atque esse debeat totius boni regiminis, & recte gubernationis exordium, vice etiam versa, quos subditi non amant, nullo pacto reuereri, debitamque obedientiam illis præstare poterunt. Sic illi, & quidem verissimè, philosophantur: Neque Prælati disti causam suam iustificare pergant, ex eo quòd electores sponte se offerunt, suffragaturi iuxta eorundem voluntatem. Hoc enim etsi sponte videatur fieri, reuera non fit, sed ex humano timore, quia si ita non fecerint, in eorum indignationem incurrere pertimescunt. Non debent ergo voluntatem suam reddere manifestam, sed unicuique secum iudicium relinquere, vt id, quod sibi melius coràm Deo visum fuerit, exequatur. Nisi fortè talis persona inter eligendos occurrat, per cuius electionem bonum Religionis speretur singulariter promouendum, vt aliquot ante menses in hac Limana vidimus ciuitate, dum omnium suffragis in voluntatem Generalis Vicarij remisissis, eius sibi electionem in Prouincialem placere dixit, qui nihil de illa cogitabat, sed paulò ante renuntiationem Magisterij, & consequenter vocis in Capitulo, ab eodem Vicario scripto sincerissimo & veracissimo pij, humilis, & penitus Religiosi affectus indice, postularet. Quod felix faustumque fuisse, gubernationis, vt credo, progressus manifestant.

Quid non damnandum in hoc genere.

Regis expensis in Indias venientes qualem subeant obligationem.

Dom. Solorzani.

Ad restitutionem vt teneantur, exemplo accipientium stipendia pro Missis accendit.

Caramuel.

20 Quintum, Consideratione digna occurrit obligatio, quam subeunt ij, qui Regijs expensis in Indias tendunt, ad Indorum curandam conuersionem, & negotium fidei promouendum: de quo Dom. Solorzani citat. Cap. 26. num. 93. & 94. Vbi ex Miranda ait grauius eos peccare, & ad expensas in viatico factas Regi teneri, si in Hispaniam eo inconsculto redierint, vel in aliis Prouincijs remanserint, ad quas non sunt destinati. Pro quo Regia rescripta extant, & Bulla etiam Pontificia cum grauibz Censuris & pœnis, cuius mentio habetur in Regia Scheda An. 1611. die 7. Septembris, contra eos, qui in Hispaniam reuertuntur, si præsertim in Philippinas Indias Regia se directione contulissent. Quod tamen parum, (heu dolor) in multis eorum seruatur, (citati Scriptoris verba sunt) qui frequenter appetunt Prouincijs magis pingues, & delicias ac Monasterijs affluentes, & parum de Indorum conuersionibus, Missisbusque, ad quas conducuntur, curantes, omnium studium collocant vt in dictis Monasterijs Priores, Guardiani, Diffinitores, ac Prouinciales creentur. &c.

21 Quæ quidem iuxta regulas iustitiæ procedunt, si res ita eueniant: restitutionis inquam onus transgressoribus pacti initi ab eisdem incumbere, sicut de obligatione dicendi Missam, in eo, qui stipendium accepit, communiter sentiunt Doctores, iuxta dicta in Appendice præced. circa Primum & secundum. Pro quo & Caramuel in Theologia fundamentali Fundam. 13. quæst. 2. num. 345. Ex quo infert, quòd si stipendium restituat Sacerdos, non tenetur, qui dedit, recipere, sed posse eum vrgere vt stet contractui; nisi fortè grauis causa inopinata emerferit; tunc enim videtur debere pretium recipere, Sacerdotemque à celebrandi onere liberari. Iuxta quam doctrinam dici etiam potest, quòd si causa inopinata emer-

ferit, propter quam Religiosus debeat in Hispaniam remigrare, liberum ab obligatione contracta remanere. Sed addendum, ad restitutionem non teneri; quia bonâ fide, quod est pro viatico datum, insumpsit, & non est inde factus locupletior, iuxta communes regulas in materia restitutionis. Neque est idem de Clerico, qui stipendium accepit, quia per se loquendo ditior inde factus est. Aut enim insumpsit stipendium pro sustentatione, vel non. Si Primum: id plus habet ex proprijs bonis, quod reuera insumpsisset. Si secundum: manifestius est ditiores factum, cum id habeat, quod alijs non haberet. Religioso autem cum sit debita sustentatio à Religione tribuenda, ex dato pro alimentis à Rege nihil accrescit: id enim habet, quod esset alijs habiturus. Neque Conuentus, à quo egressus, ditior factus ob cessationem impensæ in eius sustentationem, quia loco eius alium recipere debet: & maiora forsitan passus detrimenta, si Religiosus bonis erat talentis præditus, quales eos decet esse, qui ad Apostolica munia deliguntur. Præterquam quòd de Regia liberalitate non est tale aliquid præsumendum.

Sed notanda exceptio, & doctrina pro stipendio.

Conuentus ad illam non tenentur.

De obligatione non mutandi Prouincijs & occupationes, ad quas sunt destinati.

Notanda doctrina.

22 Alia autem quæ prædicti Auctores addunt de non mutandis Prouincijs, iuxta Pontificia & Regia Decreta, satis verosimilia sunt. Nam Euangelici Ministri mittuntur secundum notitiam, quæ habetur, necessitatum in diuersis locis. Cum ergo & iussio prædicta vigeat, & necessitas exigat, pro illiusque subuentione impensæ factæ sint non modicæ: circa hæc sine vrgenti causa deficere, satis apparet defectum esse grauissimum, & ita non leue in eo tantummodò peccatum inueniri. Quia verò multoties, quæ à postulantis asserta fuerunt, non ita esse deprehenduntur, eò quòd & ipsi à referentibus decepti, poterunt tunc Euangelici Ministri ibi zelum exercere suum, vbi albz regiones fuerint ad messum, vel vt tandem aliquando albefcant, sementem Euangelicam inchoare. Cum autem qui mittuntur, Prælati Indiarum debeant esse subiecti, suæ satisfaciendæ conscientie, si eorum se moderationi permittant, significatâ promptâ ad salutem Indorum diligenter curandam voluntate. Neque Prælati peccabunt, si eos quandoque ministerijs alijs pro bono Religionis applicauerint, quia ad illa, quæ ab ipsis præstari possunt, alios applicant, qui ad ipsa minimè tenebantur. Et cum Indorum bonum ex Religiosis familijs ritè constantibus magnâ ex parte dependeat, eorum profectò res agitur, cum earum statui meliori consulitur, Magistris, & Prælati conuenientibus designatis. Absit ergo genij indulgentiæ, auaritiæ pestis, & ambitionis tempestas, & quidquid præterea bono fuerit zelo peractum, & Pontifici, & Regi, non terreno solum, sed sæculorum, immortalis, & inuisibili, non dubitent placitum.

Nec de Religiosis plura, quos obligationum suarum satis futuros conscios reputamus, à quibus si desciuisse contingat, non ignorantie, sed præualidi alicuius affectus est immoderantiæ tribuendum, pro quibus medicinam opportunam ministrabunt alij, & præ alijs elegans & solidus, ac neruosus semper P. Carolus Scribanus in suo Medio Religioso.

TITVLVS XX.

DE APOSTOLICORVM INQUISITORVM IN REGNIS INDIARVM OBLIGATIONIBVS.

Inquisitorum obligationes sat plures sunt, de quibus etiam plures scripsere Doctores, & magnis voluminibus sunt easdem prosecuti. Mihi pro Indicis nonnulla tantum addenda ad doctrinam complementum, cum sciam alijs ipsos probè instructos, & adimplendo omnium præstantissimo ministerio sedulam operam exhibere. Sit ergo

CAPVT I.

Indicis Inquisitoribus quale circa munerum receptionem conscientie onus incumbat.

Clement. II. statutum circa munerum receptionem.



Ira hoc in Clement. 2. de hæreticis, sic habetur: & tam ipsorum (scilicet Inquisitorum) quam Episcoporum, seu Capitulorum, Sede vacante, super hoc deputatis Commissarijs quibuscumque, districtius iniungentes, ne prætextu officij Inquisitionis, quibusvis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant: nec scienter assentiant Ecclesiarum bona ob Clericorum delictum, prædicti occasione officij, Fisco etiam Ecclesie applicare. Quod si fecerint in his vel eorum altero fecerint, excommunicationis sententia eos subiacere decernimus ipso facto. A qua non possint absolui, præterquam in mortis articulo, donec illis, à quibus extorsit, plenè satisfecerint, de pecuniâ sic extorsâ. Sic Clemens V. in Concilio Viennensi. Pro Inquisitoribus autem Hispaniæ, & consequenter Indiarum, statuitur in Hispanensibus Instructio. 1. Cap. 25. & in 2. Cap. 1. & in 4. Cap. 15. quæ apud me est Abulenſis vt Inquisitores dona non recipiant, etiam ab Officialibus, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Quibus prædictis

Pro quo & Instructio Hispanensibus.

Assertio 1. Clementina pœnam non incurrit gratuita munerum largitione.

2 Dico primò. Per gratuitam munerum collationem non incurritur pœna Clementinæ. Id clarum: quia ibi extorsio non est. P. Suarez Tomo 5. in 3. p. Disput. 23. Sect. 5. numer. 25. Bonacina Tomo 3. Disputat. 2. Quæst. 10. Puncto 10. num. 2. qui id statuunt, etiam aduertant dari ob officium S. Inquisitionis, qui ea accipiunt. Vt tenent etiam P. Thomas Sancius in Opere morali Lib. 2. Cap. 20. num. 7. P. Fragosus Tomo 2. pag. 517. 9. Dictum. & Diana Parte 4. Tractatu 8. Theauri Indici Tom. II.

Resoluto 28.

3 Dico secundò. Quæcumque actio, aut actionis omisso, quæ in causa sit vt pecunia ab inuitis conferantur, extorsio est, & pœnis Clementinæ subiecta. Id etiam constat: quia vbi inuitus quis est, violentia interuenit, quam nomen indicat extorsionis, non physicam, sed moralem, quia libertatem absolute non tollit, sed talem vim inducit, vt iuxta humanam inter mortales necessitatem, sine graui ei nequeat damno, aut illius suspitione probabili, repugnari. Videatur D. Thomas 12. quæst. 6. art. 5. & 6. & Interpretes ibi.

Assertio 2. Quæ actio vt extorsionis habeat.

4 Dico tertio. Si absolute quis inuitus non donet, sed tantum aliquoties, non est extorsio, quæ veniat Clementinæ pœnâ plectenda. Probatur. Quia quod sic datur, absolute non extorquetur; quandoquidem tantum intercedit vis aliqualis, quæ secundum quid talis sit: cum autem actus aliquis pœnâ impositâ prohibetur, non qualificumque, sed absolute talis debet intelligi, iuxta receptam Scriptorum doctrinam, de qua alijs, & pro qua videri potest P. Suarius Tomo 5. citato Disputat. 4. Sect. 3. & Tomo 1. de Religione Libr. 4. Cap. 55. num. 14. & Cap. 56. num. 33. & P. Thomas Sancius Lib. 10. de Matrim. Disput. 4. n. 12. & Lib. 2. Consil. mor. Cap. 3. Dib. 106. numer. 4. & quamplures apud Dianam Parte 5. Tract. 9. Resolut. 48. Vnde etiam quis inuitus sit, & solum ob vitandam vexationem, & rigorem Inquisitionis offerat, non incurrit ab accipiente excommunicationem, quia crimen ibi conuersionis non est, docent cum alijs P. Sancius, & P. Fragosus. Quod tunc videtur intelligendum, quando vexatio & rigor non eò tendunt, vt pecuniæ extorqueantur; alijs stat resolutio Assertionis præcedentis.

Assertio 3. Nô quamcumque inuiti donationem pœna subiaceret.

5 Dico quarto. Probabile est id, quod de pecunia dicitur non esse ad alias pretio æstimabiles extendendum. Sic iudicat Bonacina supra num. 3. quia verba formaliter, & in significacione propria sumenda sunt; præsertim cum sumus

Assertio 4. Pœnam circa pecuniarum tantum receptionem vera sari, probabili.

in materia pœnali. Contrarium tamen tenent communiter ſcribentes, vt videri poteſt apud eundem Auctorem, & apud P. Suarium; qui id tamquam certum videtur affirmare, P. Sancium num. 9. P. Fragolum 5. eodem P. Palaum Tomo 1. Tract. 4. Diſputat. 3. Puncto 13. 5. 2. num. 21. Vt verò probabilitas poſſit prædicta fundari, ea ratio afferri poteſt, quòd in pecunia ſit facilis & magis vſitata receptio, quam in alijs, in quibus illa vix poteſt occultari. Vt ſi frumentum, vinum, & ſimilia recipiantur. Hæc ergo non erat opus ſub pœna adeò graui prohiberi, ſed communi iuris diuini diſpoſitioni relinqui. Sed certè communior ſententia videtur mihi certiffima; ſi de ijs agamus, in quibus eadem, quæ in pecunia, ratio eſſe videtur, & multoties maior. Quis enim non videat neptiſſimum apparere, vt Inquiſitor æream pecuniam accipiens, excommunicationem incurrat, ſi verò vas aureum, vel argenteum, aut annulum cum pretioſa gemma, vel torquem auream; ab excommunicatione eximius habeatur? Licet ergo in eſculentis aut poculentis etiam magni pretij, alia ratio ſit, in ijs, quæ materiæ eiſdem cum pecunia pretioſa ſunt, vel ad eius ſolent præcium augendum adnecti, vt pretioſæ gemmæ, eadem proſus eſſe videtur.

Oppoſitum videri certiffimum.

Licet in lex pœnalis extendi ob doctrinam receptam circa illam.

Clementina exoritur.

6 Licet autem multorum Doctorem ſententia ſit, in pœnalibus, etiam maior ratio ſit, non debere fieri extensionem, de quo nos ſapientius: id tamen fallit quando aliàs lex inutilis redderetur, & imprudenter argui in legiſlatore poſſet, qui bono publico non ſtudit ſua diſpoſitione conſulere, viam relinquens apertam impendenti malo, quam occludere eadem diſpoſitio conatur. Videatur Pater Palaus Tomo 1. Tract. 3. Diſputat. 5. Puncto 3. 5. 4. numer. 8. Quod equidem in caſu noſtro contingeret, ſi verbis Clementinæ hærendum foret, cuius illud exordium: *Nolentes ſplendorem ſolium negotij fidei per actus indiſcretos & improbos quorumdam Inquiſitorum hæreticæ prauitatis quali tenebroſi ſumi caligine obſcurari.* Sic Concilium: quod ea de cauſa pecuniam prohibet extorqueri, quia videlicet extorſione tali, quali tenebroſo fumo, negotij fidei ſplendor obſcuretur. Atqui quòd pecunia, aut ſimilis pretij, ſeu maioris donarium ſit, eiſdem tenebroſi ſumi conditionem habet ad ſplendorem dictum obſcuretur; ergo pariter excluſum debet iudicari. Quod autem inutilis diſpoſitio eſſet, & ſic non prudenter impoſita, ſi ad pecuniam arctaretur, conſtat. Quia cum quiſpiam pecuniam offerret, poſſet Inquiſitor dicere eam ſe non poſſe recipere, & ita re alia compenſandam pretij eiſdem, parua mole æſtimationem non paruam continente. Et quidem ea quæ talia ſunt, minus indecorè petuntur, dum erga illa ſuum quis declarat affectum; quod circa pecunias indecens & indignum reputatur.

Aſſertio 5 In Indijs vix illud eſſe probabile, quod vt tale poſſum.

7 Dico quinto. In Indijs vix eſt probabile, quod Aſſertione præcedenti tale eſſe poſſumus. Ratio eſt: quia in illis vſus auri & argenti non ſignati valde communis eſt, & per illud ſolent frequentes contractus celebrari. Vnde circa negotium præſens, ſi pecunia ſit prohibita, vt ei ſoli debeat ſtatuta pœna rependi, nihil actum eſt conſtitutione prædicta, cum verborum tenore ſeruato, negotij fidei poſſit ſplendor per recep-

tiones æquè æſtimabiles obſcuretur. Ergò hic, ſi vſpam alibi, manifeſtum eſt in legem delinquere, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Quæ eſt Regula vlt. Iuris in 6. deſumpta ex l. Frans. Et l. Non abſtium C. de legibus. Pro quo & eſt alia ibidem, ſcilicet 84. tenoris ſequentis: *Cum quis vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.* Iuxta quam procedit Decretalis Bonifacij Octauo in Cap. Vnico, de Clericis coniugatis in 6. vbi ſtatuit Clericos, qui trahi ad iudicium nequeunt, ſecundum antiquam Innocentij Secundi Conſtitutionem, ſiue criminaliter, ſiue ciuilitè; non poſſe etiam perſonaliter, aut pecuniariter vllatenus condemnari, videlicet etiam ſi non trahantur ad iudicium. Et rationem ſic reddit: *Ne per vnam viam concedatur eiſdem iudicijs, quod per aliam denegatur.* Sic ille. Vbi certè non eſt tenori verborum inhærendum; quia qui perſonaliter aut pecuniariter condemnatur, ad iudicium non trahitur; & tamen Pontifex ſic intelligendum ſtatuit; quia non eſſet ſatis Eccleſiaſtica immunitati prouiſum, nec prædictorum Clericorum cauſa ſufficienter propugnata, ſi tractio tantum eſſet prohibita, cum ſine tractio- ne ſimilis poſſet moleſtia eiſdem importari. Id quod in caſu noſtro ſimiliter dicendum, in quo eadem ratio occurrit.

Regulæ Iuris ad intentum.

Cap. Vnicum de Clericis coniug. in 6.

8 Dico ſexto. Si Inquiſitor pecuniam extorqueam non dandam, ſed mutuandam, non incurrit in pœnam Clementinæ. Et idem eſt de alijs in eadè contentis. Sic P. Suarius ſupra, P. Sancius n. 10. P. Fragolum 5. Item, non. Diana ſupra, & Bonacina num. 4. Ratio eſt. Quia cum pecuniam reſtituturus ſit, eam abſolutè non dicitur extorquere: extorſio enim ſignificat omnimodam oblationem. Currit ergo doctrina Aſſertionis Tertie. Sed quid ſi non reſtituat, P. Suarez ait incurrit excommunicationem, ex quo idem ſtatuant P. Sancius, & P. Fragolum: quod negat Bonacina, & probat: quia non reſtituendo, non dicitur extorquere, ſed non reſtituitur: excommunicationem autem lata ob actionem, non incurritur propter omiſſionem actionis. Circa hoc in primis eſt certum, quod ſi extorquet prætextu officij titulo mutui, ſed cum animo non ſoluendi, extorſio conſummata eſt, & pœnæ excommunicationis obnoxia. Deinde, Bonacina ſententia nõ videtur ab eodè ſolido fundamento probari, quia omiſſio reſtitutionis non eſt omiſſio actionis, propter quam eſt impoſita excommunicationem: hæc enim non impoſitur abſolutè vt quis reſtituat, ſed vt non extorqueat unde non rectè philoſophatur. Et ita ſi Inquiſitor pecuniam abſolutè extorſit, excommunicationem incurrit, etiam ſi poſtea, mutata voluntate retinendi, reſtituat. In caſu ergo dicto idem videtur dicendum; non ex eo quòd præciſè non reſtituat, ad quod obligatus eſt lege diuina, ſed quia conſummatur extorſio, vbi primum quis de non reſtituendo deliberat. Extorſit ſiquidem pecuniam, cum mutua accepit; ſed extorſione imperfecta, quia animo reſtituendi: mutato ergo animo, & reſtitutione negata, extorſio conſummatur, quia ab omnino inuito iam eam habet Inquiſitor: ſicut in ſimonia conuentionali accidit, ratione cuius non incurritur pœnæ ſimoniacis impoſita, etiam ſi pretium data ſit, donec res ſpirituallis tradatur,

Aſſertio 8. Per mutui extorſionem non incurritur pœnam.

Quid ſi non reſtituat.

Incurritur pœnam.

Exemplum ſimoniæ conuentionalis.

datur, iuxta communem Doctorem ſententiam: immò etiam ſi res ſpirituallis tradita ſit, non tamen pretium acceptum: quod cum alijs tenet P. Thomas Sancius cit. Dub. 106 num. 4.

Aſſertio 7. Incurritur etiam ab exigente plus quam res vendita valeat. Vbi & ſpecialis quaſio de vendente ſummo pretio.

9 Dico ſeptimò. Prædicta pœna incurritur ſi Inquiſitor cogat aliquem, vt aliquid à ſe emat, & prætextu officij plus exigat, quam res valeat. Sic Bonacina. s. Hinc patet. Ratio eſt: quia reuera pecunia extorquetur; modus autem, extorſionis valde materialiter ſe habet. Sed quid ſi ſummo pretio vendat, quod aliàs eo non erat empturus. Idem ſane videtur dicendum, quia extorſio pecuniam abſolutè eſt, cum emens ſit proſus inuitus. Vnde & obligatio reſtitutionis eſt non ſolum exceſſus pretij ſecundum communem æſtimationem, ſed amplioris ſummæ, quia merces vltroque vileſcunt: & vbi coactio aliqua interuenit, multo eſt vilis earum pretium. Et hoc intelligendum, ſi iam locus diſtractui non ſit, eò quòd res vendita non extet: aut qui emit, velit ſtare contractui; aliàs enim contractus reſcindendus eſt, quia inuoluntarius ex parte ementis; cum tamen de ratione illius ſit vt abſolutè voluntarius celebretur.

Aſſertio 8. In caſibus dictis pœnæ non incurritur.

Aſſertio 9. Non incurrit pœnam, dum non agitur prætextu officij.

10 Dico octauò. In caſibus prædictis, in quibus extorſio abſolutè talis eſt, licet non incuratur pœna, eſt tamen peccatum mortale. Ratio eſt clara ob manifeſtam iniuſtitiam, ratione cuius in quolibet alio idem deberet affirmari.

Dico nonò. Etiam ſi quis pecuniam extorqueat, dummodo non ſit prætextu officij Inquiſitorum, non incurrit excommunicationem. Sic colligitur ex dictis Auctoribus, dum pro conditione addunt vt ſit prætextu S. Officij. Et pro eo ſpecialiter P. Sancius plures Doctores adducit num. 8. ex quo P. Fragolum, & P. Palaus ſupra. Dom. Solorzanus Tomo 2. Cap. 24. num. 20. citatis nonnullis, Diana Reſolut. 28. citata. Cæſar Carena Parte 1. Titulo 1. num. 84. quod item Clementinæ verba ſibi adducta deſignant. Itaque qui apud S. Tribunal cauſam pendentem non habet, ſi inuitus pecuniam tradat, non eſt in eo extorſio à Clementinâ damnata: ſicut eſſet, ſi cognatum, aut aliàs ſibi coniunctum haberet, & ab eo extorqueretur pecunia; ſpe data cauſam fauorabiliter expediendi. Neque obſtat Inquiſitorum ad extorſionem dictam non futurum potentem, ſi Inquiſitor non eſſet; quia enim talis eſt, formidabilis habetur, neque eſt qui audeat repugnare. Nam reuera ibi prætextus officij non eſt, licet illius auctoritas arma præſtet extorturo: neque ex eo dici poteſt ſplendorem negotij fidei obſcuretur, ſi quando illud occurrit, lauare inter innocentes mantus ſuas poteſt Inquiſitor. Et iuxta hoc accipiendæ quæ habet Diana Parte 4. Titulo 3. Reſolut. 8.

Aſſertio 10. Non eſt obligatio- nem qua- drupli.

Aſſertio 11. Non poſſe accipere

11 Dico Decimò. Officialis S. Inquiſitionis non tenetur ad reſtitutionem quadrupli, ſi extorſio ab eo eſt facta. Eſt contra Gloſſam Clementinæ verb. Officij vt eam Nauarrus intelligit dicto Titulo 15. num. 12. licet reuera non ita ſtatuat; quidquid de pœnâ conuulſionis ſit, in Iure ciuili, & Decreto propoſita, pro quo citato loco. Sufficiet ergo ſimpli reſtitutio. P. Sancius num. 20.

Dico vndecimò. Inquiſitores ſub pœnâ excommunicationis late ſententiæ, munera accipere

re nequeunt. Sic P. Thomas Sancius Libr. 3. Conſil. moral. Dub. 4. num. 6. P. Dicaſtillus de luſuria & Iure Libr. 2. Tract. 2. Diſput. 6. num. 95. Simancas Lib. Inſtitut. Titulo 34. num. 46. Carena Parte 1. Titulo 6. num. 110. vbi alios adducit, & præ alijs Paramus de Origine Inquiſitionis Lib. 3. Quaſi. 2. numer. 66. & ſeqq. Probatur ex Inſtitutionibus adductis num. 1.

minera ſub pœnâ excommunicationis.

12 Dico duodecimo. Aſſertio præcedens intelligenda eſt iuxta ſenſum Nonæ; quando ſcilicet numera accipiuntur prætextu Officij S. Inquiſitionis. Probatur. Quia pœna grauiſſima eſt, & ita non eſt credendum diuerſo ſenſu procedere ab eo, quem Apoſtolica Sedes in ſimilibus diſpoſitionibus ſpectat, vt ſcilicet ſplendor negotij ſancti non obſcuretur turpis quaſtus interuentu. Et ita expreſſè ſignificatur Cap. 26. apud me Inſtitutionis 1. Hiſpaleſis. Iuxta quam aliæ regulandæ.

Aſſertio 12. Accipien- dum iuxta Aſſert. 9.

Dico decimotertio. Quando ciuilitè agitur aliquid apud Tribunal S. Inquiſitionis, licet extorqueatur quidpiam illo prætextu, non incurritur dicta pœna. Id probò. Nam illud non eſt negotium fidei abſolutè loquendo, licet ab eo aliquomodo trahat originem: Clementina autem de negotio fidei loquitur, vt vidimus. Nolentes ſplendorem ſolium negotij fidei &c. Et cum pœnalis Conſtitutio ſit, benigna debet interpretatio fieri, non obſtante quòd in fauorem fidei eſſe videatur: quia hoc non tollit rationem pœnalitatis & odij, vt in caſu eiſdem Clementinæ loquitur Bonacina, tum iuxta probabilem ſententiam, de qua num. 3. s. Reſpondendum.

Aſſertio 13. Et non, ſi agatur ciuilitè.

13 Dico decimoquarto. Excommunicationem dicta non eſt Pontifici reſeruata poſt ſatisfactionem datam ſimpli reſtitutione. Conſtat ex tenore Clementinæ, pro quo P. Suarius num. 27. ex quo Carena n. 86. & Doctores quidem Eximius bene explicat, quomodo, ſi reſtitutio nõ fiat, reſeruata ſit, niſi pro mortis articulo. Sed difficile ſatis apparet quòd ſtante impotentia reſtituendi talis non poſſit abſolui, quòd illa affirmat, quia ſolus eſt mortis exceptus articulus. Vnde videtur verofimiliter dici poſſe circa hoc idem obſeruandum, quòd circa percufforem Clerici Doctores tradunt, iuxta Canonici iuris indulgentiam, & videri poteſt apud Dianam Parte 9. Tract. 4. Reſolut. 59. & ſeqq. Eadem enim in hoc ratio eſſe videtur, ne ſcilicet periculum animabus inde ingens generetur: Et ita tenet P. Sancius n. 19. ſatis ſolidè id probans, & illuſtrans, ac pro eo alios referens; ſicut & P. Fragolum Tomo 2. pag. 528. s. Porro, ſi. & Carena Parte 1. Titulo 5. n. 86. s. Secundo, in eo. Eſt præterea ad Bullam Cruciatæ, & ad Religioſorum priuilegia recurſus, & in Indijs etiam ad Episcopos ratione difficilis ad Apoſtolicam Sedem accessus, iuxta doctri- nam quamplurium Scriptorum, de qua aliàs, & pro qua ſtat, nonnullis citatis, Diana Parte 9. Tractatu 3. Reſolut. 71.

Aſſertio 14. Excommunicationem non reſeruata facta reſtitutione.

Et non facta, ſi impotentia ſit ad illam.

Et quid pro Indijs.

14 Dico decimoquinto. Quandoquidem excommunicationem non comprehendit Inquiſitores, niſi quando prætextu Officij munera accipiunt, iuxta 12. Aſſertionem; ſi ex alijs titulis accipiant, acceptio regulanda eſt iuxta probatas regulas de iudicijs Eccleſiaſticis in ordine ad munerum accptionem; cum conſtet Inquiſi-

Aſſertio 15. Qua regula pro accptione Inquiſitoribus ſeruaanda.